

nondum persolvit, sed secunda vice suspendendus est: sententia enim judicis debet effectum sortiri. *vid. Joh. Beeren. in dissert. Acad. diss. 13. Ungep. Exerc. 13. qu. 5. in Nego. Hodie hæc sententia omni dubio caret, cum in Const. Crim. art. 192. expressè cautum, daß der Dieb mit dem Strang vom Leben zum Tode gestrafft werden solle.*

THE S. XXVI.

Qui saccum pecuniæ plenum abripit, non tantum ratione pecuniæ, sed etiam sacci ablati, furti actione conveniri potest, quia & circa saccum animus furandi adest. *vid. Strauch. in Exercit. Justin. Exerc. 19. th. 5.*

THE S. XXVII.

Secundum Jus Civile hæredes furis conditione furtivâ, ad rem furtô ablatam restituendam conveniri possunt, quamvis fur patibulo appensus aut fustigatione affectus sit, cum indubitati juris sit, actionem rei persecutoriam, criminalem seu pœnalem non perimere *arg. l. 27. §. 1. ff. d. condict. furt. l. 54. §. 3. ff. de furt. Struv. disp. Crim. 2 th. 16. & Syntagm. Jur. Civil. Ex. 64. th. 97.*

THE S. XXVIII.

Non datur fratri contra fratrem querela in officiosi